

Ex de la Libreria y Al. Colegio de Salamanca

SCHOLIA ET NOTAE

AD

VARIORUM PATRUM

EPISTOLAS,

CONCERNENTES ACTA EPHESINI

ET

CHALCEDONENSIS CONCILII,

Nuperrimè repertas in Bibliotheca Celeberrima Monasterii Cassinensis, & nunc primùm in lucem editas,

Oratori AVTHORE *Agathensis*

FR. CHRISTIANO LVPO,

I P R E N S I,

Ord. FF. Erem. S. AUGUSTINI, Sac. Theol. in Alma Lovaniensi
Universitate Doctore, ac Regio Primario Professore.



LOVANIÆ

Typis HIERONYMI NEMPEL. Anno 1682.

Cum Gratia & Privilegio.

*ex dono Illustrissimi, et Reverendissimi D. D.
Ludovici Fouquet Ep̄i Agathensis*



SVÆ CELSITVDINI
SERENISSIMÆ
ALEXANDRO
FARNESIO,
PRINCIPI DE PARMA,
SVÆ CATHOLICÆ MAJESTATIS
PER BELGIUM
GUBERNATORI,
SUPREMO ARMORUM
PRÆFECTO &c.

SERENISSIME PRINCEPS,



Nducias paulisper ac ferias (si lubet) da Tuis
gravissimis, quibus incumbis Reipublicæ
negotiis, dum Te interpellamus. Ecce *Chri-*
stianum Ingenii Lupini, sed adhuc in cunis
vagientem foetum Tibi ut publico Patriæ
Pati ac Tutori ferimus & offerimus, imò nec ferimus,
qui suapte sponte ad animi magnitudinem Tuam, viam

V I T A
EXIMII PATRIS MAGISTRI,
CHRISTIANI LUPI,
I P R E N S I S,

In Alma Lovaniensi Universitate S. T. Doctoris,
ac Professoris Regii Primarii,

S C R I P T O R E

Fr. IOSEPHO SABATINI,

RAVENNATENSIS,

Bibliotheca Angelica in Vrbe Praefecto.



IN ea veteris Belgii Regione, quam J. Cæsaris ævo
Pleomessii inhabitabant, nunc surgunt *Ipra* Flandricarum
Urbs in primis Nobilis, Situ, & Opibus valida. Hanc
Patriam habuit P. CHRISTIANUS LUPUS, cujus de
Vita & Moribus, quæ nobis fuerint comperta, litteris
mandare decrevimus. Licet enim ipse Vitæ innocentiam,
& claris Operibus mortalitatem fugerit; Hoc tamen
memoriæ Amici quasi debitum Munus exsolvendum videbatur:
Quippè amari ab eo laboravi; etsi non erat laborandum. Fuit enim cun-
ctis obvius, & expositus. Is ergo honestâ LUPORUM Familiâ, Ipris,
quemadmodum dicebamus, natus est pridè Idus Junii Anno post Chri-
stum natum M. DC. XII. A teneris annis omnibus Disciplinis, quibus
puerilis ætas informari solet, Parentes imbuendum curarunt. Erat au-
tem in puero, præter docilitatem ingenii, incredibilis memoria, ut non
solum celeriter arriperet, quæ tradebantur; sed & quæ accepisset, fir-
missi-

SCHOLIA ET NOTÆ

*Ad variorum Patrum Epistolas, concernentes Acta Ephesini & Chalcedonensis Concilii, nuperrimè repper-
tas in Bibliotheca celeberrimi Monasterii
Cassinensis.*

AD CAPUT PRIMUM.



Epistola hæc & Græcè exstat & Latinè. Exstat bina
ejus Latina translatio: Altera vulgata in Conci-
liorum tomis, cujus author ignoratur; altera fa-
cta per Marium Mercatorem, nuper vulgata per
R.P. Joannem Garnerium. Placuit & hanc ter-
tiam publicare, ob duas præsertim causas. Primò,
quod aliquid præ aliis duabus singulare haheat,
atque ita veritatem ac S. Cyrilli mentem illustret. Secundò, quod
nos aliquid doceat circa tempus datæ Epistolæ: *Data Mense No-
vembri, die trigesimâ, Indictione decima-tertiâ.* Audiendus est præfatus
Joannes Garnerius: *in Codice manuscripto Carmelitarum Discalceato-
rum Conventus Parisiensis data legitur Mense Novembri, die trigesimâ, In-
dictione decima quartâ. Quæ temporis nota, nisi emendentur, coherere non
possunt. Nam scripsit proculdubio Cyrillus postremùm Nestorio anno quadrin-
gesimo trigesimo, & Nestorius Cyrilli literas accepit Constantinopoli sep-
timo Idus Decembris. Si quæ igitur fides Codici, accepta fuisset Epistola
Constantinopoli septem post diebus, quam Alexandria scripta esset, quod omnino
incredibile. Cohærebunt omnia faciliè, si dicatur Alexandria scripta tertiâ
Novembris, accepta Constantinopoli septimâ Decembris, & indictio, ut
par est, non à Januarii, quomodo esset decima tertia, sed à Septembri, quo mense
decima quarta incepit. Et alibi habet de hæc ipsâ Epistolâ: *Tempus, quo
data est Synodica, atque adeò Synodus habita, in veteri manuscripto inveni-
mus, nempe diem tertium Novembris. Codex Cassinensis vacillat. Ete-
nim rubris ac originalibus litteris disertè expressum est: Data*
A . Mense*

Index Rerum & Verborum,

IN UTRUMQUE TOMUM.

A Tomum primum, *B* secundum indicat: paginam indicat numerus Arithmeticus.

A

Absentes aliquandò ordinati, sed invalide. *b* 272. & seq.

Abusus verborum Sanctorum PP. sæpius fuit causa hæresis. *a* 393.

Acacius nascitur anno 321. *b* 66. fuit Monachus. *b* 200. Ordinatur Episcopus Berrhænsis anno 378. *b* 66. Ejus Eucomion. *ibid.* & *a* 109 & *b* 200. Vocatur passim Pater & Magister omnium Episcoporum. *b* 103.

Composuit schisma Antiochenum, sed egit contra Joannem Chrysostomum. *b* 67. Dans contra hunc dolosum suffragium. *b* 315.

Excommunicatus ab Innocentio Papa, ab eodem absolvitur. *b* 200.

Consuli solitus à Theodosio Imperatore. *b* 73. & seq. Ab eodem rogatur, ut Patriarcham Antiochenum, aliosque ad sanam mentem reducat, *a* 123. *b* 289.

Statuitur tandem mediator pacis. *b* 303. Consultitur etiam à Sede Apostolica. *b* 201.

Ob extremam ætatem non adest Concilio Ephesino. *ibid.* & *b* 73.

Peritus tamen Apollinari dogmatis, judicat S. Cyrilli Capitula, illius esse erroribus referta. *b* 68. Scribit epistolam, directricem scelerati judicii, quo damnatur S. Cyrillus. *b* 68.

Vacillat: Nunc tuetur Nestorium, nunc censet condemnandum. Quare? *b* 69. Moveretur tandem epistolâ S. Cyrilli, agnoscens sanum ejus intellectum. *b* 320. Vixit annis 115. *b* 201.

Acacius Melitinensis Episcopus, convincit amicum suum Nestorium, in disputatione privata. *b* 63. Deitatem passibilem prædicat coram Imp. Theodosio. *b* 128. Hic scandalizatur. *ibid.*

Acclamationes populares originem ducunt à theatris, inde ad templa pervenerunt, & alia loca. *b* 535.

Acclamationes horrendæ Populi, sibi vim parantis, ad conservandum rebellem Episcopum. *b* 336.

Alexander Hierapolitanus Episcopus, malè instructus de S. Cyrilli mente. *b* 320.

Hunc anathematizandum contendit mordicus, restituendum verò Nestorium. *ibid.* Cui tam pertinaciter adhzret, ut pacem recuset cum S. Cyrillo. *a* 2. 19. 152.

Mavult exilium & mortem, quàm cum S. Cyrillo, & Actis ejus communionem. *b* 427. Durus, vult resistere usque ad sanguinem. *a* 299.

Mira illius pertinacia. *a* 204. 222. 224. & *b* 416. 438.

Patriarcham suum, dedignatur appellare Episcopum. *a* 204. *b* 417. Hujus litteras aperire renuente, leguntur per tabellarium. *b* 476.

Auditâ Acacii conversione, orat ut terra dehiscat: Paratus mori, & Episcopatu privari. *a* 138. & seq. *b* 321.

Est omnium pertinacissimus. *b* 327.

Ex purâ peccans malitia. *b* 520. Ejus pertinaciam Irenæus malè, sed eleganter describit constantiam. *a* 346. Ejus querimoniam. *a* 330. *b* 522. Lamenta-

Bbb b tur,

Facultas Adm. R. P. Provincialis.

EGo infra-scriptus Ord. Erem. S. P. Augustini in Belgio Prior-Provincialis, permitto, ut Scholia & Notæ in variorum Patrum ad Ephesinum Concilium Epistolas Adm. R. & Exim. P. M. *Christiani Lupi* Iprensis, Ex-Provincialis &c. à Theologis ad id Deputatis approbata, typis mandentur. Antuerpiæ in Conventu omnium Sanctorum 18. Decemb. 1681.

F. JOANNES SMIDTS.

SUMMA PRIVILEGII.

CAROLUS II. Dei Gratiâ Rex Castiliæ &c. Diplomate suo fancivit, ne quis Librum, cui Titulus, *Epistolæ variorum Patrum, cum Scholiis Ex. P. CHRISTIANI LUPI S. Th. D. præter Hieronymi Nempæi* voluntatem ullo modo intra novennium excudat, aut alibi Terrarum excusa in Germaniæ Inferioris Ditiones inferat, venalesvè habeat. Qui secus faxit, confiscatione Librorum, & pœnâ triginta florenorum, in singula Exemplaria mulctabitur, uti latius patet in Litteris datis Bruxellæ.

Et erat Signatum

LOYENS Secret.

E e e e 4

Iudi-

Judicium D. Professoris DV BOIS.

CUm placuerit Supremo Brabantiaë Senatui requirere
judicium meum *super Scholiis & Notis F. P. Christiani
Lupi Sacrae Th. Doctoris &c. in variorum Patrum ad Ephe-
sinum Concilium ex Codice Cassinensi desumptas Epistolas*, tam
in eas, quæ ab Orthodoxis, quàm quæ ab Heterodoxis
conscriptæ sunt: Declaro me post iteratam eorundem le-
ctionem judicare ea, & eas fore publico utilia, ut & tradita
ab Orthodoxis veritas, & Heterodoxarum perversitas ple-
niùs innotescat. Datum Lovanii 26. Decemb. 1681.

NICOLAUS DU BOIS Sacrarum
Litterarum Primarius Professor &c.

C E N S U R A.

Hic Liber continens Variorum Patrum Epistolas ad
Concilium Ephesinum, ex Manuscriptis Cassinensis
Bibliothecæ, variaque Opuscula ex Vaticana Bibliotheca,
studio & industriâ Eximii Patris *Christiani Lupi*, Ord. Frem.
S. Augustini &c. fœliciter desumpta cum Notis & Scho-
liis ejusdem, ad usum omnium venerandæ Antiquitatis
amatorum utiliter typis evulgabitur. Actum 20. Decemb.
1681.

ARN. EYBEN Eccl. Cath. Antuerp.
Can. Theol. Lib. Censor.

